UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Philosophistæ Seu Excerpta Pauca Ex Multis Libris, Thesibus, Dictatis Theologicis

[S.l.], [ca. 1692]

1680. Coll. Lovaniense sub P. Polenter

urn:nbn:de:hbz:466:1-39173

Visual Library

II. PARS Idem porrò P. De Hornes in iiſdem Theſibus *ultrò admittit ignorantiam Dei invincibilem etiam diuturnam. Sic enim habet in I. Concluſione :* Cùm hi diſcurſus (*quibus probatur Deum exiſtere*) non ſint tam faciles, hominesque inveniantur in ſilvis enutriti adeô hebetes & ſtupidi, ut res minùs ſubtiles exemplis etiam propoſitas non capiant, facilè conficies poſſe NON PAUCOS DIU INVINCIBILITER non aſſequi notitiam Dei perfectam : imò ſpectatâ tantùm naturâ humanâ etiam imperfectam, v. g. ſub ratione omnium creatoris, gubernatoris &c.

COLLEGIUM LOVANIENSE.

1680. PATER POLENTER *in Theſibus anni* 1680. *die* 23. *menſis Julii num.* 13. Reprobos æterni propriè dicti ignis pœnâ puniendos, veritas eſt Catholica: illam verò pœnam peccatum Philoſophicum probabiliter non meretur.

IDEM COLL. LOVAN.

1680. 1681. 1682. 1683. PHILIPPUS DE VOS *doctrinam illam ſuſtinuit in quinque Theſibus publicis ſub ipſo defenſis ab anno* 1689. *uſque ad annum* 1683. *è duabus, quæ defenſæ ſunt anno* 1682. *prior, quæ eſt menſis Julii, fuſiùs rem explicat :* Peccatum Philoſophicum, ut vocant, ſeu quod contra legem naturæ cognitam committitur; at cum Dei ejusque legis ignorantiâ invincibili, nequaquam offenſa Dei formalis eſt, neque meretur pœnam ſenſûs æternam. *In aliis breviùs :* Peccatum Philoſophicum neque eſt formalis offenſa Dei, neque pœnas ſenſûs meretur æternas.

Idem P. De Vos in Theſibus anni 1680. fieri poſſe

affirmat